Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



meus. Illumina oculos meos ne umquam
obdormiam in morte: ne quando di-
cat inimicus meus prevalui adversus
eum. Qui tribulant me exulta-
bunt si motus fuero. ego autem in
misericordia tua speravi. Exultabit cor
meum in salutari tuo. cantabo domino
qui bona tribuit michi. et psallam
nomini domini altissimi. Usque quo
domine. Titulus iste patet. In finem psalmus
david. Psalmus iste agit de caritate
cās. xpi. in qua totius legis perfectio est. quam qui
habet mundum non amat. Hic enim propheta
plenus caritate qua avide xpi incarna-
tionem expectat. per quam futuram re-
demptionem intelligit. in persona antiquo-
rum patrum. quasi de dilatione conque-
ritur. in quo etiam dilectio proximi osten-
ditur. cuius saluti hoc optatur. ut super-
sticione abiecta. unius dei cultura sus-
ag. cipiatur. Vel in persona sanctorum modernorum
loquitur. secundum xpi adventum desideran-
tium. ubi certi sunt de salute. Quanto
enim desiderio antiqui primum deside-
raverunt adventum. tanto moderni
secundum cupiunt. iuxta illud. Cupio dis-
solvi. et esse cum xpo. Intentio ad idem desi-
derium invitat. Modus. bipertitus est
psalmus. Prima pars est conquestio.
de dilatione adventus primi. secundum an-
tiquos. secundum iuxta modernos. Secundo
orat illuminari. ne cedat fraudibus
inimici. Ibi. Respice et cetera. Prius ergo pro-
pheta in persona antiquorum. de incar-
nationis xpi dilatione conquerenti-
um. ait. o domine oblivisceris me in finem.
id est presentiam incarnationis michi sub-
cās. trahis. usque in finem. id est usque ad tempus
plenitudinis. Unde apostolus. Cum venit
plenitudo temporis misit deus filium
suum et cetera. Et usque quo exaltabitur
hoc. Deinde repetit aliis verbis. A-
cās. vertis faciem tuam a me. scilicet presen-
tiam filii tui. qui est facies tua. que

hominibus videnda est. Et usque quo erit
hoc. Et Quamdiu ponam consilium. scilicet
de diversis. ut qui anxius est in anima
mea. maximus ardor sustinentis hic os- cā.
tenditur. qui dicit sibi deesse consilium. ut
id est qualiter videndi mitiget affectum.
Quando autem maxima anxietas est concu-
piscere bonum. et diutius sustinere cres-
cit desiderium in dolore. quia spes
protrahitur. Unde subdit. Et quamdiu po-
nam dolorem in corde meo. Et hoc per
diem. absolute. id est per singulos dies; Et
Usque quo exaltabitur inimicus meus. id est
diabolus super me. id est super humanum ge- cā.
nus. Hoc ideo dicit quia ante adventum
xpi diabolus captivos tenebat homi-
nes. Vel super me. id est super meam credulita-
tem. quia ille toto orbe colitur. mea
fides est in paucis. et quia sic orbis in-
terit. plorat hic sanctus. Respice. Secunda pars.
post conquestionem orat ut illuminetur.
ne cedat fraudibus inimici. iste qui in
misericordia confidit. Quasi in dolore est. cum
facies tua est aversa. cum exaltatur inimi-
cus. sed; o domine cuius ego sum servus. qui
es deus meus cuius ego sum creatura. res-
pice. id est mitte quem missurus es. Et exau- cās.
di. pro omnibus loquitur iste pro quibus genera-
liter petit. Et Illumina oculos meos.
interiores. ut si non corpore videro. ut id est
saltem mente videam. Aliter. totum le- ag.
gitur ex persona modernorum sanctorum secundum
xpi adventum exoptancium. ut cum
eo beate vivant. et pro dilatione conque-
rentium sic o domine usque quo oblivisce-
ris me in finem. capiendum. id est quo usque
differs me ad intelligendum xpm
spiritualiter qui est sapientia patris. et fi-
nis rectus omnis intencionis. Et repe-
tit. Usque quo avertis faciem tuam
a me. id est usque quo non das anime mee no- ag.
ticiam tui. More nostro loquitur scriptura
cum dicit deum oblivisci. et avertere
faciem. Hoc enim non iuxta rerum propri-